



**Praxis Beneficiarvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani  
Ivrivm Doct. Ac Comitis, Ivrisqve Pontificii Ordinarii  
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum  
Patroni**

**Rebuffi, Pierre  
Coloniae, 1610**

De vionionis reuocatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

nens deputatus ab eo qui posuit rectorem, vel iudicem, eodem gaudet priuilegio, quo rector. *I. sed si hanc in fine vbi lason. ff. aemius vocando. Bart. & alii in l. filius de lego & si ecclesia sit exempta, & vicarius erit capitulo per exemptionem, de priuilegiis lib. 6.*

*17 Si p̄stimonium vniatur alteri beneficio, non est opus derogare statutis de obseruandis p̄stimoniorum, quia per vniōnem defit esse beneficium, ut membrum tenebitur, nec illud obtinebit tanquam p̄stimonium, sed tanquam vnitum ideo non est opus in vniōne de eo facere reuentionem: quod est notandum, r. superius ad xi de bonis.*

*Premissari 18. Stvntum sit beneficium, non poterit is, qui illud possidet permutare: quia postquam vnitum est, non est amplius beneficium, sed membrum eius, cui est vnitum nec dicitur vacare, n̄t̄ Feder. in tracta. permuta. beneſi. q. 33. S̄ supra dictum fuit.*

*19 Sed an posuit is qui resignauit illud beneficium, posset ad illud redire postquam permutatio non potest sortiri effectum: respond. posse, si fuerit ignarius illius vniōnis per c. si beneficiis, de probend. li. 6. Panor. & Felin. in ca. cum venerabilis, de rerum permuta.*

*20 Si vero scierit vnitum, & in instrumento vniōnis fuerit scriptum, quod per celum & deceūsum vnio fortiretur electum, tunc non poterit ad suum redire beneficium, quia non est vnu concessione juris. cl. vna. de rerum permut.*

*Clausula 21. Clausula bullæ vniōnis hæc addiſ congrua let, quando sit vnio parochialis ecclesie, portione congrua portione ex fructibus, &c. ciuiſ ſtruata dem ecclesiæ parochialis pro perpetuo inibi vicario per loci ordinariū instituendo, ex qua se commode sustentare, episcopalia iura soluere, & alia eidem ecclesiæ incumbentia onera supportare valeat, referata.*

*22 Nisi in ea adsit clausula, quod pet presbytum ad nutrum amobilem deseruire possit: & regulariter siue sit prioratus, cui uniuersitatem cura animarum, ultra curam*

conuentus, vel aliud beneficium curatum, semper solet illa clausula congrua portione reseruata describi: de qua plenē tractavi in tract. mes de congrua portione.

*23 Sed si vniatur beneficium non curatum, non solet ponи ista clausula, nec affirmatiū, nec conditionaliter: quod est nondum pro vniōnibus.*

*24 Et quando vnio fit à capitulo retenta pensione alicui, tunc debet poni in bulle la clausula: quod si per sex menses cessauerint a solutione pensionis, tunc rectores ecclæsiae, ac singulare perionæ capituli sententiam excommunicationis incurat, clausula ponenda pro pensione reventa à capitulo,*

*chaplis dictis sex mensibus: & vnio, arnexio, & incorporatione predictæ dissolute sint, & eis censeatur dicta: parochialis ecclesia in pristimum statum revertatur, & per dissolutionem eandem vacare censeatur eo ipso, ac rectores prefati, eadem parochiali ecclesia perpetuo priuati existant, & similiter illa vacare censeatur, eo ipso, & cetera. Et eo casu metu amissionis, & excommunicationis solutio pensionis non differetur, quia Oderunt peccare mali formidine penit. c. eum qui vbi glo. de preb. li. 6. & l. i. in fin. de iustit. & iure.*

### De vniōnis reuocatione.

*D*eo complemento huius materiæ videndum est, quibus ex causis vnio reuocetur? Relp. quando est facta ob certam causam, bellum forte destructionis, paupertatis, vel aliam finalē, tunc cef. posit. Ex quibus causis vno reuocari possit.

*§. ad hoc de statu monacho. vbi si factum propter paupertatem, si esset dissolitus vnio super excessibus fructibus. cap. cum N. de confit. [ab anno Card. conf. 96. Papaveretur.]*

*2 Vel quando fuit facta ob bellum, & deficiente populo, poterit reuerso populo cessabit, cap. quia. tere religio. dona cap. s. de paroch. & cap. i. de verb. j. o. l. 6. quod enim atrocitas seu calamitas bellum introduxit, pacis lenitas sopire debet. l. i. in princ. C. decadic. collen. & sicut necessitatem patientes*

Ee 2

cessante necessitate beneficiis renunciare coguntur quae eis miserationis includit intuitus. cap. si. 25. qu. vlt. vers. sed obiciatur.

**Renocāda** 3. Secundō dissoluitur vniō, quando redundat in praeiudicium eccliae, & eius ruinam eccliae & uelari. ne sede vacan. vt si dissoluatur religio, spūlūtatis vi ibi, consuetudines enim, quae in ecclie sedat. rum vergunt grauamen, reuocantur. cap. i. de consuetud. capit. fin. de reb. ecclie. non ahenan.

4. Si fraudentur eleemosynæ, d.c.i. nam peccata eleemosynis sunt redimenda. cap. quanobrem, de pen. dist. i. & duæ sunt eleemosyne, videlicet cordis, alia pecuniæ, ca. due. 45. dist.

5. Et si collatur hospitalitas. cap. de monachis, de p̄eb. ad quam præcipue clerici tenentur in summa, & per totum. 42. distinctione c. Florentinum. 85. dist.

**Ex causa** 6. Tertiō reuocari vniō potest ex causa necessitatibus, & utilitatibus, sicut facta est. c. ex. & utilia. posuisti, & exp. vacane, de p̄eb. nam omnis res per qualcunque nascitur, per easdem & dissoluuntur. c. i. de regu. iur. ca. cun accessif sent. de constitut. & ali casus ferè comprehenduntur sub istis. c. i. de reb. ecclie. non alienan. lib. 6. Perr. de Perus. in tractat. de reuoca. vno. c. i.

7. Quartō adde posse reuocari, quando scandalum imminaret. d.c.i. quia nihil cum moniam fa scando faciendum est. c. nihil. de p̄es. vbi plenē Fel. c. cum teneantur de p̄eb.

8. Quintō reuocatur, si fuerit facta per simoniam, etiam si iusta & legitima causa fuerit vniendi: vnde si fuerit per pecuniam datâ vnieti facta, illa simonia vitiat actum in spiritualibus. cap. f. de rer. permis. & per totum tit. de simo. & hoc expresse assert Oldr. confil. 26. in quest. in fin. cogitate analiquæ sint in Francia vniōnes, & reductio- nes in secularitate in per pecuniam datam Episcopo procuranti, & aliis vnde reuocari poterunt, nec perpetuo durabunt ille: difficile enim est, vt bono peragantur exitu, quæ male inchoata sunt principio. c. principatus. i. q. i.

9. Et breui dicendum est, quod ex quibus

causis ferè vniō fieri potest, & dissoluiri nihil enim tam naturale est, quam dissoluere eo genere, quo ligatum est. L. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. ca. i. illo. tit. Caccialup. in tract. de vniō. art. 9. & Dec. conf. 233. r. i. s. col. 3. & cons. 275. vi. 5.

10. Et causa debet allegari, & probari, vt docet Perr. de Perus. vbi suprà. c. i. ac Oldra. conf. 26. ne credetur episcopo, vel alteri facienti vniōem, vel illius reuocationem de causa vniōis, si non exprimatur c. nuper. & c. lice. de testib. sic consuluit Paul. Paris. conf. 36. quod pretensa. m. 4. vol.

11. **Quis** illam vniōnum reuocationem Reuocare potest? resp. icuius interest, vide. n. vniō licet Episcopus: vt docet Perr. in tract. de reuoc. vniō. c. i. & monasterium vnitum. c. i. ne posuit. sed eacyan.

12. Capitulum etiam ecclie cathedralis. c. i. circa finem. ne sede vacan. vbi dicit posse reuocari etiam ad petitionem episcoporum, & abbatum prouincia, in qua sita est ecclie, etiam ad petitionem Reginis, & patroni vniō. d. c. i.

13. Quero quando hæc reuocatio vniō. Revocato nis possit peti? resp. quando in praeiudicium vniōis, um ecclie tendit, etiam vacante ecclie, quando ptem defensorre illi dato, elem. f. vbi gl. & si posuit. doct. de reb. ecclie. non alie. sumendo a contrario: quia si vacante ecclie fieri vniō possit, multò fortius & eius dissolutio: cum omnis res per quacunq; causas na scatur, per easdem, & dissoluuntur. c. i. de reg. iur.

14. Quod non procedit in ecclie cathedralibus, quia eis vacantibus, non est, qui eas tucatur: ideo non potest reuocari vniō sede vacante. d. c. i. ne sede vacan. focus in ecclie inferioribus, quarum est tutor & defensor generalis prelatus & Episcopus: attamen dabitur adhuc specialis defensor ecclie qui recte poterit eam defendere. focus in cathedrali, doct. in d. cl. fin.

15. Dicamus nunc quis vniōem factam Quis vniō reuocare possit? resp. certum est Episco- ne factam pum posse illam causâ existente dissolue. reuocare re, quia quod ius sit, vetutive prator. con. posuit. trario imperio tollere potest. I. quod ius sit.

iussit. ff. dere iudic. vbi script. & qui potest condemnare, potest absoluere. l. 3. ibid. & si potest repudiare, qui & adire. l. si potest. ff. de acquir. hered. sic & qui vnire potest, & vniōnem dissoluere, qui potest instituere & destituere. c. cum ex iniuncto. de heret.

16 Potest inquam, Episcopus vniōnem non solum à se factam, sed etiam à Papa vellegato reuocare causā subsistente, teste Petr. de Perus. in d. tract. cap. 4. nam Papa vniōni noluit tollere potestatem ordinarii. c. 2. de relig. domib. Fede. conf. 263. præsupposito: & Episcopus vniōnem factam à priore, vel alia male factam revocabit. text. in c. sicut vnire, de excessib. præla.

17 Etiam si esset facta sua mensa: quia non est in proprio facto autor: vt in dict. elem. si. dicitur, & non est verisimile, quod eam reuocare sit paratus, sed vnire sic: quia in suum commodum tendit: & ne mo suum præsumitur iactare. l. cum de indebito. ff. de probationibus.

18 Item hoc poterit facere episcopus in cuius diœcesi situm est beneficium, quia diœcesis omnia beneficia sunt sub eius potestate. effrenet. cap. nouerint. & c. regenda. 10. q. 1. cap. omnes cum sicut basilice. 16. que. 7. facit. l. si predium. C. de vniōne. sic r. præb. minor. & si ecclesiæ sita sint in diuer- morentia. sicut diœcesisbus, uterque episcopus hoc facere debet, vel potestatem vni dare, qui nomine vtriusque hoc faciat gloss. & doct. in d. c. sicut vnire.

19 Poterit etiam capitulum sede vacante reuocare vniōnem cum causa, quia succedit episcopo in iurisdictione: & illa iurisdictione, quae est apud episcopum vinentem, est apud capitulum sede vacante. cap. cum olim. de maio. & obed. & cap. 1. ro. lib. 6.

20 Inferior tamen licet præscriperit vniendi potestatem, non tamen reuocandi vniōnem, quia sunt diuersa. cap. audit. de præser. & sic vniōnem reuocare non poterit, nisi præscriperit: & reuocandæ vniōnis potestatem, quod est difficile.

21 Limitatur in cathedralibus. d. cap. 1. ne sede vacan. vbi Papa solus reuocat vniōnem, sicut eam facere potest. d. cap. sicut vnire de excessib. præla.

22 Secundò si beneficia erant exempta. Beneficia tunc ad solum Papam pertinet vniōne, & reuocatio illorum. cap. autoritate de priuili. paup. & lib. 6. quia Papa est ordinarius exemptorum. elem. vna de supplen. neg. prælat. scripti vocat. in §. si quis verò de colla. in concor.

23 Tertiò, quando essent specialiter reseruata à Papa, non impeditur reseruatio: vt in inferius dicam.

24 Quartò sine capituli consensu non vniōne à Papa poterit Episcopus vniōnem reuocare, sic pa. non reut nec facere. cap. 2. de relig. domi. cle. fin. de uocatur si reb. eccl. non aliena quia non potest sine ne episcopi capitulo ardua, vt alienationes facere. ca. consensu. nouii. & per totum de his quæ sunt à prælat. & solennitas quæ in construendo requiriatur, & in destruendo, auth. contra. C. de repud. multa allegat. Petr. Gerard. sing. 3. ibid. & vide, &c.

25 Et in reuocanda vniōne requiritur Causa co- causæ cognitio, sicut infacienda: de qua gressu in re suprà dictum fuit, per text. in d. cap. 1. in fin. uocanda. ne sede vacant. ibi ius nostrum apud sedem A- vniōne. postolicam prosequendi liberam facultatem habeatis.

26 Vnde citari debent illi, quorum in- Vocandi in terest vniōnem non reuocari. c. si. de elect. reuocatio- lib. 6. Et primò prælatus vtriusque diœce- ne vniōnis. sis, si beneficia sint in diuersis diœcesisbus, hi quorum quia de eorum præiudicio agitur. d. c. 1. ne interest. sede vacante. & c. sicut vnire, de excessib. præl.

27 Patronus etiam est vocandus, quia sua interest cum ad eum redeat ius patronatus. c. pia menu. & cap. filius. 16. q. 7. col- legiati, & bursarii, de cuius collegio agi- tur, gl. m. c. & temporis. 16. q. 1. & tam is qui ecclesiast. possidet vnitam, quām etiam vicarius in ea residens, quia vtriusque inter- est, doct. inc. super eo. de præb. lib. 6. & ge- neraliter alio omnes.

28 Sed hi citandi sunt nominatim & alii per proclama. Auth. si omnes C. si minor se ab hære. absti. d. c. fin. de elect. in 6. quia eadem solemnis requiritur in destruendo, vt di- ximus, quæ in construendo. auth. econtra. C. de repud. ideo in bulla reuocationis vniōnis debet conscribi illa clausula, vocatis his qui fuerant euocandi, &c. sicut ponit solet in vniōne facienda.

29. Sit tamen Papa vnione in parochialium ecclesiarum dissoluat, solet adiungere clausulam, dummodo quilibet eorum sit sufficiens ad sustentandum ficerdotem: per ea que nos doct. per illos text. in cap. vacante, &c. exposuisti, de præb. In cap. eum M. deconstit. Et statuit Alex. 6. in tit. de reseru. iuris pat.

30. Nostamen solemus in praxi, quando vnio non valeat impetrare beneficium vni-  
tati, & postea agere super possefforium: & si  
opponatur esse vnitum, replicatur non  
valere vnionem: & ab illa vnione appellatur  
tanquam ab abusu, & pronunciabitur  
irrita, & demum si vnio non valeat, pos-  
sefforium adiudicabitur impetrantem.

31. Si vero valeat, sed debeat reuocari  
ex causa, seruabitur praxis superius scri-  
pta coram episcopo, ut petatur reuocari:  
& ante reuocationem non valebit benefi-  
cii vniui impreatio: ut supra scripti in reg.  
cancel. quando ynio iplo iure valeat vel  
ne, in gloss. 9. ibidem.

Papa vni-  
tum benefi-  
cium an-  
conferre  
posset.

32. Potest tamen Papa beneficium vni-  
tam non obstante vnione conferre, suspen-  
dendo vnionem ad vitam eius, cui con-  
fert illud beneficium vnuum, non vero  
dissoluit: licet in vnione dictum fuerit,  
quod ynio fiat cedente vel decedente eo,  
qui possidebat beneficium, & hoc pleni-  
tudine potestatis, quam in his beneficiis  
habet, e. 2. de præb. lib. 6. vel causa permutationis  
conferre, licet episcopus hoc non po-  
set: ut docet Oltre. conf. 257. factum ut superius  
dictum fuit: Papa tamen non solet conferre,  
alias vniones effire inutiles, quia semper  
posset conferre: ideo solet cassari illa  
clausula quæ in signatura imprestationis  
poni solet, & cum suspensione quarum-  
unque referuationem, vnuum, &c.

33. Quia ius acquisitum per vnuionem non  
vult tollere, sed vult ut vnu fortius ef-  
fectum: & illa verba cedente vel dece-  
dente important conditionem, quia abla-  
ti sunt absolti, l. ab emptione. ff. de pacis.  
l. a testatore, de cond. & demonst. intelligun-  
tur enim quod cedente illo, qui possidet  
beneficium, id est, si cedat & resignet,  
quod vnu fortius effectum: vel dece-

dente, id est, si decedat, ante quā resigna-  
uerit, quod vnu obtineat per decessum.

34. Quamvis Staphil. in secunda forma  
mand. in tractat. de lacris gratie dicat contrarium, reuiculis dubitatur: nam licet cer-  
tum sit possefforem cellurum, vel dece-  
surum, tamen incertum est, si cedat ante  
mortem, ob id conditio fit: ut scripti in tra-  
ctata de pacificis possefforibus.

35. Item si canonicus consentiret disso-  
lutioni vnionis ecclesie parochialis ad confer-  
vitam Titii, quæ erat vnitat sua præbendæ, dissolu-  
poteat sibi referuare pensionem, & regre-  
sum de iure, si alter cedat, vel decedat, aut refici pa-  
alter dimittat, sed tutius est, quod in bul-  
la prouisione ponatur, quod cedente vel  
decedente eo cui est prouisio ecclesia  
parochialis facta, quod vnu iam facta  
teneat, & eo ipso facta censetur: & quod  
retineatur ecclesia parochialis vigore v-  
nionis, quam Papa dicat eo cau proba-  
mus, & robur habere volumus.

36. In Francia periculosum est et consen-  
tire isti dissolutioni ad vitam, quia sapit re-  
seruationem & regressum, qui sunt in  
Francia reprobati, & vniones ad vitam, &  
sic dissolutiones, ut superius dixi.

37. Sed vidi aliud fieri, ut is canonicus  
detractus ecclesiæ parochialis vnitæ lo-  
co pensionis perpetuae Titio: sed adhuc  
non recipetur in Francia, cum in tribus  
tantum casibus perso probetur: ut scrip-  
tum in tractat. de pacifice posseffio, in 17. amplia-  
tione etiam per hoc cau appellatio, tan-  
quam ab abusu, qui abusum retractaret:  
ut scriptum in tit. derefer. in conc. sed si partes  
essent concordes, nihil ad iudicem.

38. Ultimo vnuione reuocata effectus est, Effectum  
quia ecclesia vnta remanebit in illo statu  
antiquo, in quo erat antequam vnta fu-  
isset. cap. 1. ne sede vacante. & ideo si erat  
monasterium sub abbatis regimine, po-  
stea etiam erit: vel si erat parochialis,  
postea etiam erit.

39. Item si collatio spectabat ad præla-  
tum, reuocata vnuione, etiam ad eum spe-  
cabit, & ad patronum presentatio, si habeatur  
antea patronus præsentationem habeat parochialis  
doct. in d. cap. 1. nec videtur patronus ex-  
primitus.

simplici consensu nionis remisit in patrōnus.

40. Nisi illud expressē reūmisit vniendo. cap. pastoralis de donati. & quando exp̄lētē in vniōne remisit facta dissolutio ne remanebit ecclēsia vniā libera a patrōno: quia ius fēmel extīctum non reūmisit. c. quires. §. a. ex. s. de solutio. Per. de Perus. in cap. fina. trāciatū de reūcā. vniōnis in prima regula.

41. Cautius est: quod quando patrōnus consentit vniōni, consentiat quandiu vniā permanebit: sed si vniō dissoluitur, reseruat sibi ius patrōnus, quod nunc habet: & sic cessabit dubium.

*Reūcā* 42. Et si dissoluitur vniō facta de monastērio ecclēsiae fēculare, illi qui erat monachus ad ch. monasterii permanebunt illius ordinis pristinū do- nis monachi, & bona ad pristinū redi- bunt monasterium, & idem si erant fēcu- lares, & postea erunt fēculares. ea. cūnde beneficio, de prob. in 6.

43. Quia haec reūcāo habet se sicut in integrum restitutio- nam sicut per in integrum restitutio- nēm res reponitur in pristinū statum. *I. quod simior. §. restitu- tio. ff. de mōnor.* ita per hanc vniōnis reūcationem. vt dicit gloss. in d. c. quæ est vera, licet d. Peril. eam reprehendat, dicens non esse veram: quia in integrum resti- tutio conceditur, quando quis laeditur: sed per vniōne ecclēsia non erat laesa, ergo dico non peti restitutio- nem in integrum: sed per reūcationem vniōnis res decou- citur in pristinū statum, sicut per in integrum restitutio- nem: & hoc non habet dubium, licet ecclēsia nō patet in integrā restitutio- nem: sed causa cessante reū- cabit vniō: *reūcā. diūm̄ fr̄t.*

44. Ille tamen prelatus durante vita sua pōtē dissolutio- nēm vniōnis erit prelatus vtriusque ecclēsiae & curatus vtriusque parrochiae: etiam ille vicarius erit qua- diu viuer vicarius, sicut dicitur de vniōne quæ sit sine alīcuius praejudicio, *text. in cl. fin. de reb. eccl. non alienari.* sic reūca- tio fieri sine illorum praejudicio, quia res vniā possident: non enim debet illi tolli

titulus qui est perpetuus, *ea. figuratio. de rescript. lib. 6. c. satis peruersum. 56. distinct.*

45. Si tamen quedam rei alienatio fue- rit iūstē facta vniōne consistente à prelato te durante non reūcabit per vniōnis dissolutio- nēm, *per regul. factum legitime non retracta- reūcā. licet peruenere ad calum à quo inci- pere non potuit: & quia ille prelatus seu*

*curatus erat legitimē p̄fectorus, & habe- bat legitimā administrationē, cap. 5 tempori. 16. quest. 1. ergo potuit iūste alie- nare vnam rem, & si alienatio non pote- rat reūcari eo casu, nempe si non fuisset vniā, non fuisset reūcata: & hoc iustum & æquum est.*

46. Alioqui omnes actus facti durante vniōne reūcarentur, quod est absurdum *rescript. in compendio almanac. rerum ecclē- siae.* Hactenus de vniōne, & de ipsius reūcatione.

### De Erectione ecclēsiae in cathedralē, fēcularem, vel in aliū statum.

Ciendum est quod erectiones in cathedralē fieri non debent, nisi à Pa- *Erectiones in cathedralē*  
pa. cap. 1. ne sede vacante. cap. quod trans- *in cathedralē*  
lationem. *rum. taglo. de offic. legati. vbi etiam sunt.*

legato prohibetur.

2. Et ex causa facienda est erec̄tio. primo *Ex causa*  
vt seruitum diuinum augeatur, non au- *erec̄tio ista*  
tem vt diminuatur, cap. ex parte, de consti- *fieri debet.*

& ubi necc̄sitas, vel vtilitas inest, sicut de

mutatione dicitur in cap. mutationes 7. q. 1.

& vbi fidelium multitudine excreuit, cap. *principius. 16. q. 1.*

3. Aliquando erigitur episcopalis in Episcopalis *Metropolitanam: vthabetur in Extraag. quando in*  
*saluator, in Extraag. communib. de proben. Metropoli-*  
*de ecclēsia Tholosana. vbi Papa Ioan. 22. di- tatione cri-*  
*cit se hoc facere prōpter populi multitu- gatur,*

dinem, quī vno pastore regi non poterat:

& quia erat durum & difficile ad vnuim re-

curium habere, etiam quod nullum aug-

mentum diuini cultus prouenerat ex

ram immensis redditibus, quibus abunda-

bat ecclēsia Tholosana, sed ex adipe prodi-

bat iniquitas: vt multo tempore luxus

*circa*